

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio aq
cum uariis

Paulus arguit Petrum, Petrus uero laudauit Paulum. Amicus ergo ueritatis laudauit quod reprehensus est. Seque eciam minori fratri ad consensum dedit, quatenus qui primus erat in apostolatus culmine esset et primus humilitate. Et sequitur: Ecce a minori suo reprehenditur et reprehendi non dedignatur. Non ad memoriam reuocat quod primus in apostolatu uocatus est, non quod clauis regni celestis accepit et cetera. Ne igitur increpacionis uerba dedignaretur audire, omnia dona que acceperat quasi a memoria repulit ut unum fortiter humilitatis donum teneret.

Gregorius super Ezechielem parte II. omelia VI.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Correctio aq] Correctio ap P V¹ V² L¹ L²; Petrum] 2. Gal. *add. supra lin. ab alia manu* B C M; ueritatis] 2. Petri ulcione *add. supra lin. ab alia manu* B C M; qui primus] qui prius P V¹ V² L¹ L²; in *om.* P V¹ V²; apostolatus] aplantus V¹ V²; et primus] et prius V² L¹ L²; humilitate] humilitatem P V¹, humilitatis V² L¹ L²; quod primus] quod prius V¹ V² L¹ L²; apostolatu] a plantum V², apostolatum L¹ L²; VI.] VII. (*cor. sub lin.*) C